UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eidem. 187.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

vtilitate ſua inferiores eſſe cenſet. Illa res mundo ſublimiores ante oculos ſibi proponit: hæc terrenas ſomniat. Illa diuinam & præclarã gloriam expetit: hæc intereuntis cupiditate flagrat.

κείας εὐτελείας. ἡ μὲν τὰ ὑπερκόσμια φαντάζεται. ἡ δὲ τὰ ἐπίγεια ὀνειροπωλεῖ. ἡ μὲν τὸ θεῖον καὶ ἀοίδιμον κλέος ποθεῖ. ἡ δὲ τῆς σβεννυμένης δόξης ἐρᾷ.

Eidem. 187.

φρόνημα & φρόνησις haud eandẽ ſignificationem habẽt. Illud enim elationem, hæc prudentiam ſignificat. Illud ſuperbiam, hæc temperantiã. Illud aduerſus alios impetum facere: hæc nihil eorum, quæ decent, prætermittere. Illud denique eos, qui virtutum ornamentis præditi ſunt, ornatu ſpoliat: hæc autem inferiores etiam exornat. Ac propterea illud odio, hæc laudi atque admirationi eſt. Illud omnium voce laceratur: hęc prædicatione effertur. Quæ cũ ita ſint, vt φρόνησις, hoc eſt prudentiam excolas, φρόνημα autem, id eſt elationẽ atque impetum aduerſus proximos radicitùs euellas, enitere.

Τῷ αὐτῷ. ρπζ.

Οὐ ταυτὸν φρόνημα καὶ φρόνησις. τὸ μὲν γὰρ ἔπαρμα δηλοῖ. ἡ δὲ, σύνεσιν. τὸ μὲν, ὑπερηφανίαν. ἡ δὲ, σωφροσύνην. τὸ μὲν, τὸ κατὰ τῶν πέλας ἐπιφύεσθαι. ἡ δὲ, τὸ μηδὲν τῶν πρεπόντων παρορᾶν. καὶ τὸ μὲν, τοὺς ὑπὸ ἀρετῆς κεκοσμημένους ἀποκοσμεῖ. ἡ δὲ, καὶ τοὺς ἥττονας κοσμεῖ. διὸ καὶ τὸ μὲν μισεῖται. ἡ δὲ, θαυμάζεται. τὸ μὲν, ἀποκηρύττεται. ἡ δὲ, ἀνακηρύττεται. τὴν φρόνησιν τοίνυν, τουτέστι τὸ κατὰ τῶν πλησίον ἐπιφύεσθαι, αὐτόπρεμνον ἀνασπάσαι πειρῶ.

Eidem. 188.

Equidem ipſe humilitatem ab animo magno & excelſo, ſuperbiam autem à vili & abiecto proficiſci exiſtimo. Atque hoc confirmant, Deo charus Abrahã, & Phariſæus. Etenim ille diuino colloquio fruẽs, terram ſeſe ac cinerem appellabat: hic autem, etiam à nemine commotus efferebatur, animúmque arrogantem gerebat, ac ſeipſum vniuerſo orbi anteferre conabatur.

Τῷ αὐτῷ. ρπη.

Ἐγὼ μὲν ἀπὸ μεγαλοφυοῦς καὶ οὐρανομήκους ψυχῆς τίκτεσθαι ἡγοῦμαι τὴν ταπεινοφροσύνην, ἀπὸ δὲ εὐτελοῦς καὶ φαυλοτάτης τὴν ὑπερηφανίαν. καὶ τοῦτ' ἐγγυῶνται, ὅτε θεοφιλὴς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ φαρισαῖος. ὁ μὲν γὰρ θείας ἀπολαύων ὁμιλίας, γῆν καὶ σποδὸν ἑαυτὸν ἐκάλει. ὁ δὲ μηδενὸς παρακινοῦντος, ἐπῄρετο, καὶ μέγα ἐφρόνει, καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἑαυτὸν προθεῖναι ἐπεχείρει.

Zoſimo Presbytero. 189.

Eum, qui docere aggreditur, facere oportet, atque ita loqui. Qui autem non facit, eum ne verba quidem facere conuenit. Prior enim inter ſummos collocabitur: poſterior autem non modò pœnas illic dabit, ſed etiam ridiculum hîc ſeſe prębebit. Cauillorũ enim ac ſannarum materia auditoribus erit. Quamobrem aut facientẽ

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. ρπθ.

Τὸν μὲν διδάσκειν ἐπιχειροῦντα, πράττειν χρὴ, καὶ οὕτω φράζειν. τὸν δὲ μὴ πράττοντα, οὐδὲ φράζειν δίκαιον. ὁ μὲν γὰρ πρότερος εἰς τοὺς κορυφαιοτάτους τετάξεται. ὁ δὲ δεύτερος οὐ μόνον δίκας ἐκεῖσε δώσει, ἀλλὰ κἀνταῦθα γέλωτα ὀφλήσει. κωμῳδίας γὰρ ὑπόθεσις τοῖς ἀκροαταῖς γενήσεται. χρὴ

τοιγαροῦν